Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



Vis patientie.

Obliuio iniuriarum laudatur a Cicerone pro Q. Ligario

XVIIII.

De ira

Tres furie.

Limites cupiditatis libidinis

dictum est: pro merte contempni: Nisi ii. contumelias fierit affectus: qui non habeat fortitudinis in seipso cohibendo: ignorabitur: Si autem lacessitus iniuria ledentem psequi ceperit: uictus est: Si uero motum illum ratione compresserit: hic plane imperat sibi. hic regere se potest: Que sustentatio sui recte patientia nominatur: Que una uirtus omnibus est opposita uitiis & affectibus. Hec perturbatum & fluctuantem animum ad tranquillitatem suam reuocat: hec mitigat. hec hominem sibi reddit: Ego quoniam nature repugnare impossibile est: & mutile: ut non moueatur omnino: pulsus tamen quo motio illa prosiliat ad nocendum: quod fieri potest. maturius sopitur: precipue deus non occidere solem sup nam iram. ne furoris mi tetis abscedat: Deinq; M. Tullius contra suum preceptum de quo paulo ante dixi: obliuionem iniuriarum in magnis laudibus posuit: Spero inquit Cesar qui obliuisci nihil solet: nisi iniurias: Quod si hoc ille faciebat non a celesti tantum sed a publica quoq; ciuilique iustitia remotissimo quanto magis id nos facere debemus. qui immortalitate veluti candidati sumus:

Stoici cum affectus ex homine tamq; morbos conantur euellere: Peripatetici se opponunt. eosq; non modo retinent: sed & diffendunt: nihilq; in homine esse dicunt: quod non magna ratione ac prouidentia sit innatum: Recte id quidem: si singularem rerum veros terminos serent: statq; hanc ipsam iram comitem dicunt esse virtutis: neq; nemo posset adusum hostem fortiter dimicare: nisi fuerit ira concitatus: Quod plane ostendunt: nec quid sit uirtus: scire se. nec cur hominibus uerit: nam deus: Que si nobis ideo data est: ut ea utamur. ad occidendos homines: quid inimicus homine. quid similius fere belua existimandum id animal: quod ad conuiuionem atq; innocentiam deus fecit: Tres sunt igitur affectus: qui homines in omnia facinora precipites agunt: ira. cupiditas. libido. Propterea poete tres furias esse dixerunt: quemadmodum tres hominum exagitant: ira ultionem desiderat. cupiditas opes. libido voluptates. Sed his omnibus deus certos limites statuit: quos si transcenderint: maiores esse ceperint: uice nece est: naturam suam deserunt: & in morbos ac uitia uertuntur: Qui autem sint isti limites non est magni laboris ostendere. Cupiditas ad ea comparanda nobis data est: que sunt ad uitam necessaria: Libido ad sobolem propagandam: ira ad coercenda peccata eorum: qui sunt in mala parte: Id est: ut ariore disciplina minor etas ad probitatem iustitiamq; formetur: que insimetipsi cohibeatur: licentia pariet audaciam. que ad omne flagitium et

Ficmis